'GEBETBUCH LEOPOLDS DES HEILIGEN'
Niedersachsen (Mandelsloh ?) Ende 11. Jh. Seite 6r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



omnes psalmos cantasset tamen om̄s psalmi
ad p̄sonā xp̄i pertinent. & qui titulati esse non
uidentur. apud hebreos p̄ uno psalmo habent̄.
nam p̄ titulū intellegitur unius cuiusq; psalmi
intellectus. Quid ē titulus nisi clauis. Verbi grā.
In domum non ingredit̄ nisi p̄ clauē. ita & unius
cuiusq; psalmi intellectus p̄ clauem. hoc est p̄
titulum intellegitur in cuius p̄sona dicit̄. aut
in p̄sona xp̄i. aut in p̄sona ecclesie. aut in p̄sona
p̄phete. secundū ordinē unius cuiusq; psalmi.
Beatus uir. primus in ordine ponitur. & absq; titu
lo esse uidetur. & ideo sine titulo dicitur. quia
ipse est titulus psalmorū. & totus in p̄sona xp̄i
cantatur. Ideo non uoluit xp̄c ut iste liber de
pugna. aut de penitentia inciperet nisi de semet
ipso. quia dictum est. in capite libri scriptū est
de me. Quia ipse ē caput patriarcharum. & omni
um p̄phetarū. & omnium scripturarum. & sic